Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift

119

rectionis eius festiuitas celebratur. totiens re
surgere credamus & scos. Ubi enim uotorum in
quis est sollempnitas. gratia iugis est & donorum. Sed .VIII.
fortasse quis dicat. Sepulchra clausa sunt monu
menta constructa. quemadmodum prodire ex
inde poterunt. Ut taceamus quia omnia pos
sibilia sunt deo. & quod clausis tumuli pene
tralibus possit spiritale corpus educere. ut hec
omnia pretermittam. iohannis apostoli habemus exem
plum quem tumulus susceptum claudere quidem
potuit custodire non potuit. Nam depositum
corpus perdidit non abscondit. Hinc enim clausis
tumuli foribus & seratis. gratia resurrectionis ablatum est. ut staret sepultura nec in
uenitur sepultus. Denique cum sacerdotes ho
norandi causa corpus inquirerent. rese
rato aditu tumulus non potuit reddere
quem suscepit. Hostias quoque secum saluator
suscitat cum R E S V R G I T. .I.